

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkundenabschriften und Aktenauszüge zur Habsburgergeschichte - Cod. St. Blasien 44

[Wien], [17. Jahrh. / 1. Hälfte 18. Jahrh.]

Wahl Ferdinands IV.

[urn:nbn:de:bsz:31-49680](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-49680)

19

De Electione Regis Romanorum qui Ferd.
dinando IV. nuper defuncto dignè sufficiatur
in Imperatorem
Diatribes.

Hodie Germania habet Ferd. III. multis quidem et praclaris virtutibus animiq; dotibus, quae parem ipsum tanto oneri ferundo moribus obnoxium, ut longam quidem vitam, et diturnum atq; felix Imperium quicq; qui patria et Praesentis Status amans est optare si debeat sperare minimè possit. Praeviderant Eminentissimi ac Serenissimi Electores huic imminenti malo opportunum remedium, atq; Imperatoris electo conceditur suffragijs in Romanorum Regem filio eius Ferd. IV. Hung. Bohemiaeque Rege multis partim aperte partim occulte nec quicquam refragantibus spem certam successuris fecerat, et simul novantibus cupidis, si quando defuncto Imperatore, vacaret Imperium spem omnem praeviderant. Sic Germania optimè videbatur esse consultum, et iam inuado esse omnia existimabatur. Sed non ita visum fuit quia fata Imperatorum moderantur omnipotenti Deo. Vix enim Ratisbona Vienna redierat Imperator cum filio Rege cum spem vicariam pater Ferd. IV. inflorescente inexpectatione omnium et orbis dimidio gubernando destinatum. Haec enim dele fatum immatura morte sustulit, ominis instar habitum fuit, conusum fuisse paulò ante discessum Regis ex hac vita terrena motu Viennaam et illum tremorem terrae ab ipso Rege fuisse notatum: neq; mirum, ab illo enim momento aliud impendat non Germania solum, sed toti forte Europa fatum. Quamprimum enim tristis fama inopinatum hunc nuncium per Prouincias diffudit

notasque linguarum animo, et labescere, alios in spem
nouam erigi, singulos, quorum id interest, sibi aut
ominari malum quodpiam aut novas fortunas aug-
rari. Ceperunt tum statim de noua Electione varij
et dubij serij sermones, prout quemq; duceret affectu
multi Principibus addicti, eo ire non ante per-
mittendum esse, ut de alio iterum Rege Germa-
nia proficiendo deliberetur, quam in Comitibus
omnium Imperij Ordinum Consensu conclusum
fuerit, an hodie etiam expediat, vno adhuc
Imperatore eligere ab Electoribus, in quem
certa Imperij spes recumbat. Deinde transigen-
dum esse primum de legibus atq; Conditionibus
Stabilitatis perpetuis, quae Imperatoribus impone-
rum eligendis praescribantur, quibus omnium
Ordinum iuribus et libertati cautum sit, quatenus
iurato se ratas habituros promittant, alij spectare best-
lum et difficile turbas, ut commota iteum Germani-
possent inuenire Imperatorem votis suis, et commo-
dis utilem, quum autem libera omnino sit penes
Imperij Electores Regis Romanorum Electio, cap-
nulla recepta in Imperio consuetudine aut pub-
licis legibus ad certam aliquam personam atq;
familiam sit adstricta, ut ab ea recedere nefas
sit et publicum Imperij bonum spectari ab
Electoribus imprimis oporteat, haud abs re
fuerit si dispiciamus, quis sine vno Im-
peratore, sine illo defuncto eligi possit in
Regem Romanorum? sermo autem nunc est
de libera Electione et secundum leges Im-
perij publicas in Aurea Bulla praescriptas
instituta, ut is Rex sit, qui plurimum suffra-
gij fuerit electus. Quod si cum quispiam

vno

uno vel altero Electorum suffragio accedat, se per
 vim intrudere voluerit, alia tunc fuerit ratio.
 Quamquam neq; id magnopere timendum est: neq; etiā
 difficile est coniecturari quinam illi futuri sint,
 aut esse possint, qui se aperta vi ingerere
 ausuri sint. Quicquid verō tandem futurum
 est de controversia, qua reliquis Principibus
 et Statibus Imperij de capitulatione et tem-
 pore Electionis novi Romanorum Regis viuo
 adhuc Imperatore instituenda cum Electro-
 ribus intercedit, Electio tamen persona
 cuiuscumque in Roma: Regem manet Electro-
 ribus libera, et penes eos solum. Primum igitur
 considerandum fuerit, quis possit eligi vi-
 uente adhuc Imperatore, et quis Imperio
 per mortem Imperatoris vacante. plurimum
 enim inter hac duo interest, si quis alius
 quam ex Austriaca familia ad illam dignita-
 tem suzerenam in orbe Christiano aspira-
 verit, deinde statuenda sunt certa quaedam
 requisita qua eligendo iterum sine Regi
 sine Imperatori ita sint intrinseca atq;
 tanta necessitatis, ut si unum eorum ali-
 cui desit, se censeri debeat frustra futurum
 quicquid ille pro adipiscendo illo fastidio
 conatus fuerit. Primum igitur sit requi-
 situm sine conditio, ut Catholicam fidem
 profiteatur, et si autem multa sint ratio-
 nes, quas hic afferri minimē opus est, qui-
 bus efficitur indubitatum non posse alium
 esse Imperatorem, quam Catholicum, haec sola
 tamen sufficiat, quod quoniam de legitima Electio-
 ne nunc sit sermo, et hodie quinque Electorum
 Catholicam tres verō tantum Protestantium

alio
 heres
 us for
 Electo
 ng duc
 he non
 um Rege
 quam in
 sensu con
 at vno
 elog in
 deinde
 Conditio
 ciatorib;
 quib; on
 cantan
 at, rly spec
 oia tunc
 imino it
 qua Electo
 ctudine
 person
 sa ruciu
 on spect
 mand
 sine vno
 eligi
 em non
 ordam
 e pra
 du dom
 si con

fidem profiteantur, sperari nunquam debeat, Catholicos
Electores in quocumque diuersa ab ipsis religionis
Principem esse consensuras, ac in interea tempo-
ris quocumque Electorem Catholicorum, secula-
rium. Ecclesiastici enim lege publicâ eo ipsis
dignitate omni et suffragij iure exciderunt,
ad Protestantes excessurum. Ut vero paria sint
Protestantibus Electoribus suæ veli, siue facti
re iuris in negotio Electionis suffragia cum
Catholicis Electoribus propter præsentem ab
ipsis Religionis paritatem, id nec quidem
unquam petierunt Protestantes. Et si autem
Religio diuersa à Catholica neminem Principem
hodie, ut quidem autumant, facit inhabilem
ad Imperium adipiscendum, fit id tamen prop-
ter alia impedimenta, quæ ex illa Religionis
diuersitate resultant: posita igitur hæc
conditio, nequeant aspirare ad Imperij
Dignitatem, Suecia, et Sania Reges,
Saxo, et Brandenburgicus Electores atque
Princeps Wirtembergicus, qui si Catholici
essent, quocumque modo inter competitores Imperij poterunt
numerari. Altera conditio est, ut si potens atque opulentus
non est, quantumvis quis fuerit summa nobilitatis et uirtu-
tis, ut quis spem ullam concipiat de adipiscendo
Imperio per Electionem, nisi magna ciuicam, et
apta prouincia imperet, Neque enim hodie amplius
Habsburgij, Luxemburgij, Nassouij, aut Schwartz-
burgij Comites eliguntur. Nullus amplius habet
Imperator, qua Imperator est, certos redditus, et
galia nulla subsidia Statuum Imperij modica sunt
et tarda, quia hodie vix amplius superest ratio
aliqua, ea aut impetrandi aut colligendi. Ut vero
Statuum Imperij Imperatori electo certos quoddam
reditus

redditus lege publica ex suis quibusque conditionibus tribuant
 et assignent vanum est atque irritum; Quum Imperatores
 tanta instructi potentia vix quidquam
 extorqueri possint à Statibus, quid autem factu-
 rum imbellem et ab omnibus subsidijs imparatum.
 tum vero etiam de ridiculo is futurus fuerit po-
 tentioribus Principibus eius Competitoribus, et ab eis
 facile opprimi poterit? Externis autem auxilijs
 si forte in ijs spem aliquam ponat, defendi qui-
 dem aliquandiu possit, sed cum maximo Germa-
 nia detrimento et eius extrema pernicie.
 Neque vero fuerit dubitandum, quin totum Im-
 perium dissoluturum sit in partes deficiente Im-
 peratore potente, qui eam communi aliquo
 metus et reverentia vinculo contineat. Hæc
 igitur conditione posita manifestum est
 excludi omnes in Germaniâ Principes Catholicos
 præter Bavarium forte et Austriacum: nam
 qui de Neuburgico mentionem injiciunt, illi aut
 aries eius non considerant, aut aliud omnino agunt.
 Quod si incerta et tranquilla possessione esse Luca-
 tum Juliaci-Montium et Civia poterat ipsi
 etiam aliquatenus inter Competitores locus esse;
 nunc vero tot et tantis premitur impedimentis
 ut à quovis prudentiore atque rerum Ger-
 manicarum intelligentiore credi non possit, aut
 Neuburgicum aliquando Electum iri, aut serio eum
 sibi spem aliquam facere ad Imperium perveni-
 endi. Hæc duæ conditiones concernunt Principes
 Germaniæ, qui ad Imperium aspirare possunt, atque
 ita sunt necessaria, ut sine illis nemo sperare
 debeat se ad supremos illos honores eviti
 posse. Duo vero illa requisita s: de virtute
 enim et animi dotibus, alijsque quibusdam requisi-
 tis nunc dicendi non est locus, illa enim sunt
 comparata ita, ut sæpe non habeatur magna eorum

natio, saepe etiam alio quodam modo emendari possint
ne quod ab illa parte deest eligendo magnopere
obstet. si accurate consideres, non reperiantur nisi
in Austriaco et Bavaro, ideo ut ex Principum
Imperij numero, omnis concertatio inter duos
illos futura esse videatur, si recte conyicio.

Tertium requisitum spectat exteros Principes
cantum quidem et a lege publica, requis alius
nisi Germanus eligatur, sed praeterquam, quod
necessitatis legem non habet, non desunt
etiam multa fictiones, ut aliquis pro Ger-
mano haberi possit, quibus in Richardo Cornu-
bia in Anglia Duce, Alphonso Rege Castella
et forte ipso Carolo Quinto et Ferdinando
primo Fratibus olim locus fuit. Quod si igitur
de extero Principe sermo fuerit, necesse est ut
praeter priora duo requisita, habeat etiam
tertium, ut Provincia eius, quibus imperat ita
sint Germania vicina, ut facile cum Exercitu
ex sua ditiorie in Germaniam transire, et eos quos
sibi habet obnoxios armis, et ut ~~et~~ ubi si opus
fuerit contra quoscumque defendere resuscitator
etiam, ne se Imperio subducant, atque illud in partes
discerpant coercere possit. Consideratis igitur Exte-
ris omnibus Principibus Christianis Catholicis ne-
mo est praeter Gallia Regem in quo hoc requisitu
reperitur, quique etiam pro Germano quodantenus
haberi potest, non tantum, quia Alsatiam iure
nupta Paucis, et Lotharingiam totam armis
tenet, atque ex ratione pro Germania Principe
censeri potest, sed etiam quia ex Austriaca natus
adeoque prope modum hoc nomine Austriacus est.
Regis Polonia Regno ultroque et Suecia Hereditario
pridem et Poloniae perinde ferre cuncti non est
quod vlla fiat mentio. Dux Subandiae de quo
aliquando cogitabat, Palatinus Elector Fridericus
et magnus Dux Hetrusiae nimis sunt ab Imperio
remoti

AB

remoti, ut succurrere Germania laboranti neque-
 ant. De Lusitania Rege adhuc ambiguo nec qui,
 dem cogitandum est. Superest Hispaniarum Rex
 qui Imperio propter Belgicas prouincias et Medio-
 lanensem Ducatum vicinus est, sed cum multa
 alia sint, quae prohibent, ne eligatur unquam
 haec sola ratio sufficit, quod Austriacus quia
 eadem ipsi cum illo domus est, semper ut haec
 ita et deinceps cum in Electione praecedit.
 Quod si igitur non placebit forsitan Electoribus
 nunc Austriacum eligere, multo minus Hispani
 rationem habebunt, mortuo vero Hispanorum
 Rege Philippo IV. si forte infans Hispaniarum
 in alterius quam Austriaci manus peruenerit,
 eo minor isti spes erit ad Coronam Imperij perue-
 niendi. Quare subiecta tandem ratione nemo
 est vel indigenarum, vel Exterorum Principum
 qui prudentes ex spe aliqua ductus ad Imperium
 aspirare possit, praeter Austriacum, Saurum
 et Gallia Regem. Inter hos igitur stabit
 omnis de Imperij maiestate contentio, neque
 dubium cuiquam esse debet, quin Electores
 Imperio suam eligendi libertatem intra con-
 siderationem horum ^{trium} Principum contineant
 et ubi necesse fuerit aliquem ex his tribus
 sint electuri aliquando, prout superueni-
 entes id circumstantia exflagitauerint. Proxi-
 mum nunc est considerata, cuius causa potior
 credidebat ex his tribus in proxima Electione
 tum, si uiuus adhuc Imperatore Rex Romanorum
 eligatur, tum etiam si eo mortuo Imperium vaca-
 uerit? cum autem libera eligendi Caesarem potestas
 sit penes Electores, in quem maior suffragiorum
 pars conuenire possit, considerandum est.

His vero duo maxime sunt proposita, atque Electione
noue Regis exigunt, et prout illa se habent, ita
etiam Electores erga hunc vel illum Principem,
quem ipsi Imperio dignum existiment, affectos esse
censendum est, primum enim seum perpendent
an si hunc vel illum elegerint totius Reip. inter-
sit, ita ut illa salua maneat et tuta tum ab
ipso Imperatore, ne is mutet in Dominatum auto-
ritatem, quam hodie ipsi modicam Imp. nomen
conferit, tum ab alijs sive Exturis, sive Indigenis
Principibus ne laeuum hoc corpus tandem in partes
discedat, et eoripso Electorum dignitas extinguat.
Discerpta enim in partes Germania Electorum
quor. dignitates perire necesse est. quanquam
enim quidam eorum aliquamdiu viribus suis
Prouincias, quibus Imperant tueri possunt, ~~perse-~~
censebuntur tamen Principes tantum, aut si
locum et nomen retinent, rem tamen ipsam hand
iubici amittent. Deinde Electores pari etiam
studio ante considerabunt, quem Regem iterum
elegerint, quid hoc aut illo electo Prouincijs,
quas tenent, et ditioribus ipsorum utile sit futu-
rum: quin apud nonnullos forte haec consideratio
primo erit loco, quia damna praesentia magis
afficiunt animum, quam quae procul conspicimus,
in quibus auertendis exi certo euentura sunt
vel ab ipso tempore quor. illius deuersus seum
afert utilitates plurima speramus remedia.
Vbi igitur cuiuspiam ditioris Electoris certum
aliquod exitium ab huius vel illius Electione
imminere cernimus, eum ab illo Imperatore
non promotum iri, in certo ac pro comperto Statu
debetur. Quamuis enim eam impedire non poterit
ostendet tamen sibi eam cordi non esse ne irritet
eum, cui eam nouit iniuriam esse, et a quo sibi timere potest.

Acceptit 8^m

Accedit Tertium, non adeo magni quidem momenti, quod
 rem ipsam penitus possit pervertere, ita tamen comparata
 ut ad promovendum, aut. protrahendum negotium Electo-
 ris, multisq; incommodis involvendum haud parum faci-
 at, sunt Electoribus et Reliquis Principibus omnibus Mi-
 nistri inter quos unus aut alter pra caeteris
 gratia et autoritate valet apud Dominum, habent
 praeterea Electores Ecclesiastici propinquos et
 cognatos ex familia sua, quibus ipsos prospectu
 velle, neq; mirum, neq; vilo vituperio dignum
 est, quum enim Elector Coloniensis maximam
 sit semper habiturus Domus Bavariae rationem,
 quare non etiam aliquam habeant reliqui, Electro-
 res ex nobili familia prognati si absq; magno
 Reip. detrimeto hoc fieri potest. His igitur
 quanquam Electores eorum causa tam publicam
 quam privatam sua ditionis commodum non esse
 neglecturos, neq; illor id. Dominis suis omnino
 suasuror esse censendum est, in involvendo hoc nego-
 tio plurimum saepe permittum est, quomodo illi affecti
 sint, siue sponte, siue amplis muneribus
 et praemijs inducti sint, non parum in eo
 positum esse videatur. Quod si vero apud Electore
 quempiam par forte videtur esse ratio huius
 vel illum eligat, tum plurimum momenti in eo
 positum est, quis illius Electoris ministros am-
 plioribus praemijs atq; promissis sibi devincere possit.
 Haec experiri ~~possunt~~ ^{possunt} hactenus Germania, neq;
 prout saeculi nunc mores sunt sciri fieri potest.
 His ergo ita praemis ulterius considerandum
 fuerit, cuius potior ratio existimetur esse
 futura, tum spectato potius Germania publico
 bono prout illa in hanc quam nunc cerimus
 Reip. formam coeavit, tum etiam privato unius,
 cuiusq; Electoris quantum id eius Provinciar
 et ditiones concernit. Quia enim singulorum

fratres
suffragia exquirenda sunt, quid vel commodi vel incom-
modi singulis interueniat sciendum est.

Quod tertium attinet, ubi priora duo expressa fuerint
de illo res plana erit. Austriaca familia in Ger-
mania in duas hodie stirpes est diuisa, Austria-
can proprie dictam sine Imp. progeniem, et
Tyrolensem, ex illa 3. ex hac bini supersunt, horum
nemo poterit ad Imperium aspirare, quamdiu quis
quam superest ex priori linea. Archidux enim Sba-
pontanus non habet nisi Comitatum Tyrolensem
Citationes quardam in Sueuia, Marchionatum de
Burchan, et reliquias quardam Alsacia Cis Rhe-
num, ha Prouincia et exigua sunt et in finibus
Germaniae sita, nulla ciuitate insigni, neq; pro-
pugnaculis memorabiles neq; pares, tot sumptibus
et impensis, quae tanta Maiestas Imperij requirit
forte etiam debitari possit, an ipse Archidux
tanto oneri ferendo par sit, Frater Sigismundus
non habet nisi Episcopatus, neq; Prouinciarum
villarum acquirendarum spem habet, quia etiam
si forte aliquando Infans Hispaniarum ei desponde-
atur. Austriaca tamen familia in Germania
semper apud Electores maiori loco erat. Ex Imp.
ratoris Ferdinandi II. progenie superest Archidux
Leopoldus Wilhelmus Gubernator Belgij, et bini
Ferdinandi III. filij, Leopoldus Ignatius Hun-
garia Rex, atq; Carolus Josephus, hic adhuc
puer est, neq; de eo nunc eligendo cogitari
potest. Belgij Gubernator omnibus omnino
Prouincijs est destitutus, neq; alios quam ex sacris
bonis redditus habet. Propter illam rationem
deficiente secundo requisito spem Imperij nulla
conferre potest. Quam si Belgicas ei Prouin-
cias conferat, Hispaniarum Rex, quod tamen factu-
ros unquam Hispanos, nemo facile crediderit
potior

potior tamen semper est Regis Hungariae conditio, neque
 illud fieri potest, etiam propter perpetuum Belli
 cum Gallis et Sotanis gerendi periculum, quo Inge-
 rium implicitum iri metuendum fore. Res igitur omnis
 in Austriaca familia ad hunc Leopoldum Hunga-
 ria Regem redibit, in eo nihil est quod admodum
 desideres, homo enim natus est illustri, si qua alia
 est in orbe Christiano, animi dotes profuso
 sunt egregia, et pares votis. Si quae igno-
 rantur propter teneram ^{Eius} aetatem, quae
 nondum usquequaque apta est exercendis virtutibus,
 nihil tamen nisi altum et sublime atque par-
 maiorum virtutibus de eo speratur. Inprimis
 exierit se in eo militaris quaedam animi
 magnitudo, hodie ad tuendum Imperium
 appropinque necessaria pietatem vitu catholico
 tum sponte, tum ex accurata educa-
 tione ita colit, ut de eius constantia in fide
 catholica nihil omnino sit dubitandum, pro-
 vinciarum amplissimarum destinata ipsi est
 si vixerit certa hereditas. Regnum Hunga-
 ria quod videbatur esse in ancipiti, superiore
 tamen estate suffragio procerum omnium
 qui sibi ius aliquod in Electione tribunt ob-
 tinuit, Reliquas Provincias, quae amplitudine,
 et opulentia nullis Germanicarum Provin-
 ciarum secunda sunt hereditate adit, neque
 ipsi cum quoquam de ea re lit est, quanyquam
 enim ingentem tractum occupant, coniuncta
 tamen inter se sunt, ut ex una in aliam
 nullis interiectis alijs Provincijs facile cum
 Exercitibus transiri, atque ita singula defendi possint.
 Obtinet illas partim Regio partim Principis no-
 mine iure tamen omnes profuso Monarchico et

absoluto si vti eo sciat, si quid ab illo abibit, si resistans
interdum Proceres et miserrimos, eorum culpa fit, et
conniventia, qui primi sunt apud Caesarem in illis Pro-
vincijs gubernandis. Pleraque enim Provinciae vti
Bohemia, Silesia, Moravia, et Austria superior pri-
vilegia, quibus antehac gaudebant, quae a prioribus
Imperatoribus et Archiducibus, atque Regibus impetraue-
rant mota aduersus Ferd. II. Imp. nota illa seditio-
ne facta iure belli perdidit, et Procerum alij
aut pulsi fuerunt, aut supplices facti veniam
impetrarunt, qui actis in exitum successerunt
gratia Imp. debent quod possident. In strong, igitur
ius est Austriaco proferri absolutum, quare et poten-
tia eius multo est maior, ut spectatis hereditarijs
Provincijs, nemo cum Ipso in Germania conferri possit.
Simili ea solet in decem Circulis, qui tamen omnes
non sunt pariter amplitudinis, Burgundicum vix est
quod addat Germania, cum sibi res suas seorsim
habeat, Rhenani superioris partem maximam
faciunt Lotharingia et Subandia parum Impe-
rio audientes, reliqui circuli ut Electoratus Rhe-
nanus, Saxonius superior et inferior, Westphalicus,
Suevicus et Franconicus a multis simul Principi-
bus tenentur, ut facile appareat illorum Prin-
cipum vires propter tot Principatus admodum
esse districtas. Solum Danavicus in potestate est in
vnius penes Electoris Bavariae, praeterquam quod
Salisburgensis Archiepiscopus item aliquam Ipse
movere potest, reliquum aut tenet Danavus
aut ita constrictum habet, ut nihil inde damni
metuere possit, Solum Leopoldus circulum Au-
striacum amplissimum in solidum tenet, accedit
Bohemia cum Provincijs ad Regnum hoc spectantibus
quae Circuli instar esse possunt, ut de Hungaria
Regno

Regno nihil nunc dicam ex quo etiam si multi proventus
 non redeant, ideo tamen eius Dominium Austriacis
 omnino necessarium est, si se tueri velint, ut sine in-
 pedimento ubi finis possint illis Provincias hasse,
 ditatis, quas Hungaria cingit, et securas praestit
 ab omni periculo, quod illis impenderet si Hungaria
 alium haberet Regem Austriacum: aliter enim
 id fieri vix poterat. Infesum, neque tamen con-
 temnenda sunt subsidia militum, quae ex Hun-
 garia Austriaco parata sunt, ut iam colliga-
 tur Austriaci potentia, considerandum est ei in-
 proptu esse duorum Circulorum amplissimorum
 vires unitas atque coniunctas, quae a nullo alio
 quam ab Austriaco dependent. Haec quin pares
 sint sustinendis viribus reliquorum omnium
 Circulorum, ita inter se divisis propter tot
 Principatus adeo inter se divisos, dubitari vix
 poterit, quin esse superiores existimari possint.
 Equidem si prudenter et accurate haec exigantur,
 Austriacum si tempori suis viribus recte ubi
 sciat, mediam partem roboris Germania tenere
 censendum est, fieri igitur vix potest, ut
 praetereatur Leopoldus, quum enim interfit
 Germania Imperatorem eligi potentem et
 opulentum, nemo illo potentior in Germania,
 nemo etiam opulentior, Provincia enim, quas
 habet ditissima sunt, et eo iure subditis impe-
 rat, ut ab ijs, quum id ita necessitatis ser-
 aris vim magnam exigere, neque ipsi eam done-
 gare possint. Nullus igitur datur dubitandi
 locus, quin Austriacus omni conatu viribus
 in id, sit allaboraturus, ut suffragijs Electorum
 Imperium adipiscatur, aut si dubiam sibi eam
 spem esse viderit, atque adire Electores

armis vindicaturus iniuriam, quam se praterito sibi
illatam esse existimabit, quum ita ferè in Imperio re,
ceptum sit, ut quàm diu idonei quique culpa non
se reddiderint indignos ex eadem familia supersunt
illi eligantur ^{in nihilominus} adnente penes Electores
libera eligendi potestate, perinde atq; in Regno
Poloniae penes Regni Ordines liberrima sunt
in eligendo Rege suffragia, quantumvis illi
ex eadem semper familia, quàm diu illa super-
stes est, Reges suos, et eos quidem, quos nascenti
di Ordo primas voluit esse petere soleant.
Quum igitur dubitari nequeat quin Austriacus ingens ideo
bellum in Germania expectaturus, et verò iam constet
quanta sit eius potentia, quia vires habet coarctatas, verò simile
est totam Germaniam in maximum periculum adductam iri
et facile fieri posse ut Austriacus in vias proximas quas
provincias coniungit, easq; belli iure sibi vindicet et consuetudo
ita ingenti Dominatu ansam praebeat Germanicum Imperium
in magnas quaedam partes discerpendi, huius igitur periculo
anertendo quod certum esse videtur, satij fore, ut Germanica
Reipublica longe utilius si Austriacus parenti suo detur ab
Electribus succesor, periculum enim quod Germania imminet
neglecto Austriaco longe maius est, quam si Regis Galliarum
aut Danari voluntati non obsecundetur, quum uterq; non
ita potest turbare Germaniam, atq; Austriacus si aequè
polleat consilio atq; potentia, et auctoritate valet
ines, enim ipsi etiam in Germania desunt, qui ei
sunt obnoxij, ut facile bellum possit alere, quod
nunquam in Germaniâ suscipiatur nisi cum in
signi Reip. nostra publico detrimento, Germania
enim longe alia est atq; plerorumq; aliorum Vici-
norum conditio, in illis bella saepe sunt necessaria,
hic

hic nunquam utile poterit esse bellum, quia tamen
 per bella homines turbolenti sicuti sentina ex
 nargo exhauriendi sunt, ideo satis bene provisum est
 Germanis, quod illi tam Principes, nobilesque viri, quam
 plebeique alio magno numero eant militatum atque
 ita se exercent in armis, ut propterea si eorum,
 qui militarunt ratio habeatur, Germania etiam si
 alta pace frueatur, nunquam tamen ingentis
 numeri optimorum et exercitatorum militum
 expers sit futura, quem cuiuscunque hosti si resista
 ferat, opponere possit. Sermo autem nunc mihi
 est de presenti Germania statu, cui conservando
 bello nihil magis est noxium, non tantum quia
 exhausta est Germania milite et pecunia, quia
 in multis locis redacta pene est in solitudinem
 et magna eius pars est vastitas, sed etiam et
 imprimis propter internam eius constitutionem.

Tota enim Germania propter tot varios Principes,
 tur spe et metu plena est. Susceptum est in ea
 omne incrementum, quod alium maxime potentia,
 ut accedit, quoadmodum igitur pax rata manet in Impe
 rio continent, sese illi animorum motus, dum per
 spiciant rem omnem in eodem statu manere, neque
 paratam esse, cuius occasionem sese supra ceteros
 extollendi et ditiores suas augendi, quamprimum
 vero bellum quodpiam induitur, protinus Germa
 niam gravioribus suspicionibus implere necesse est,
 quod parata potentioribus sint occasiones altius
 emergendi, maioremque sibi sub eorum armorum
 obtentu potentiam adseiscendi. Ex igitur ratione
 ab externo bello ad intestinum aliquod transibitur,
 quod nunquam finiri potest, nisi cum Germa
 nia detrimento. Nec quidem cum Turcia seuerè
 bellum suscipi potest, quia augentur in Germania
 simulacris: quoniam enim nemo forte est, qui cum

Refaris illo Christiani nominis hoste conspiraret, quia
tamen solet illud bellum impensio totius Germaniae
geri propter periculum illi atque commune suspectum
nihilominus est reliquis Imperij Ordinibus et licet
quod inde ad solum Austriacum redire potest si quod
redit. Cuius vires virgeri sua non interesse aiunt
et licet aequè atque periculum sibi commune esse
volunt, quod neque permittet unquam Austriacum,
neque forte etiam ex contractu societatis tenetur
cum longè amplius sit quod hereditariae provinciae
in bellum contra Turcam conferunt, quam quod re-
liquae Germaniae Provinciae omnes impenderunt.
Quidquid tamen de eo sit salus, et incolumitas Ger-
maniae, uti se nunc habet in eo fita est, ut quo-
cumque modo pax etiam cum exteris conservetur,
quoniam verò pacem illam turbatam longè est
probabilius neglecto Austriaco quam Danaro
aut Gallo, rectè ideo censendum est. Electores
amore quietis, et salutis publicae ductos supra,
quos sicut Austriacum Parenti successorem esse
daturus. Certum etiam est bellum illud quod neglecto
Austriaco Germaniae imminet longe futurum atrox, quam
quod aut Danarum aut Rex Galliae illo electo suscepturi
sunt: quos ubi omne negotium peractum fuerit acquiesce-
ros potius credibile est quam moturos bellum ex quo quae
inde ad eos utilitas sit reditura incertum fuerit. Austriacum
enim neglectum ubi fuerit arbitrari potest factam sibi
aliquam iniuriam quae quocumque modo sit propulsanda.
Ita enim semper evenisse in Germania tradunt saepe, Dana-
rus autem et Gallus quae de re conquerrantur iustam esse
habent causam. Tunc etiam quantum Austriacum perre-
velit agra animo alium eligi necesse tamen est ut
vel ideo mature bello Germaniam misceat, et se qua
possit

potest ratiore nomi Casarij. conatibus obijciat quod aliter
 saluum esse nequeat. id enim indubitato futurum est si
 quis alius ab Austriaco Casar est futurus, dum Austriacum
 quicquid Domi sua quietum non, res nonis nolentem bello
 tamen aggressurum ut inimicam et suspectam sibi frangat poten-
 tiam. causa nunquam deerit, ubi eos serio animo adiecerit.
 dabit igitur Austriacus ut novum Casarem praeveniat eum
 incho. tum adhuc imparatus est, neque amicos sibi adfuerit
 aut se firmavit in Imperio opprimat quo principes et
 populos tam gravi bello implicato periculis, cum esse
 Casarem Germania datum cuius Electio isti exitio esse
 possit. pugnat ibi Austriacus non tantum pro honore
 et maiestate Domus sua quam post tot annorum inter-
 vallum destitutus ornamento tam insigni non poterit
 non ferre molestissime sed etiam pro salute ac in-
 columitate ipsa vita sua. Eo enim videtur esse res
 Austriaci ut ipsi omni conatu liberandum sit ut Casar
 rea dignitas transmittatur in filium aut vero ut omnes
 ipsius ditiores in apertum discrimen adducantur. Quae
 cum bellum non electo Austriaco imperet Germania
 indubitatum atq; illud atrocissimum principum athena
 et omnium Imperij si omnes in universum non singulos
 consideres maxime interit ad retinendam quam gaudent
 libertatem ut pax in Imperio rata maneat fuerit utili-
 us Germania Leopoldum eligi. Perinde statuendum
 omnino est, quicunq; tandem futurus est Casar, quantum
 eniq; sollicitus sit administraturus deprobitate, daturum

tanquam operam, ut se, et liberos suos, aut familiam si forte
nullas habuerit magis, magisque pronchal ad dignitatem Imperi
um in eam transmittat, tanta est gloria et honorandi
in ista mortalium animi cupido ut stolidus prope nomen sit
qui existimaverit reperiri posse principem eo affectu libere
quomodo in Germania habet. Cetera quumq; tandem illi fuerint
actuendum semper cum Imperij statibus ne sibi Germaniam
reddant obnoxiam atq; libertatem et dignitatem. Sed cum
Imperij mirantur. Nota autem iam sunt et percepta
Germanij Austriarum injuria et mores ex tot annorum
regimine, quibus profuerunt Germanis quomodo si qua
oportuna se ipsi obtulit occasio sibi semper cauerint et
res suas egerint quomodo dignitatem et potentiam fa
milia in immersum extulerint in aperto est reus semper
eos incessite tramine, ne, unquam Jura et immunitatem
Imperij omnium immittit se nemo facile sperit nullas sunt
qua in eam sententiam afferri poterant cogitandum vero
est an non eadem fuissent facturi si qui alij fuissent loco
qui fuere haudenus Austriaci? an non maiora etiam
longe fuissent ausuri usuriq; neliq; tot occasionibus
oportunitate uti poterant Austriaci ad invadendam Germa
niam et sibi subjiciendam? Hoc velim digne expendant
qui tam imprudenter sunt ut Hypolitum a lapide negari
um animal aliquo peres se loco tollerent. Jam vero Au
striaci quantum in tanta fortuna fieri potest sui solij
moderate se gesserunt neq; tam apertam vim quam usuri
artes, non admodum iniquas et quibus unusquisq; principum
quibus

quibus cum Saxonibus et Brabantibus sua provincia des est uti solent
 adhibuerunt ad augendas et retinendas vires in Germania
 quas sibi paulatim acquiserant. His constat omnibus
 esse principes moderato esse animo ingenio et a crude-
 litate atq; feritate animi alieno dei timentes a qui avaritiam
 et obvia plerumq; humanitate multaq; alijs virtutibus
 que principem deceant conspiciunt tan parum magis quam
 belli artibus inclitos. Si qui ab illis moribus qui fastidiosi
 vix omnibus sunt communes exorbitaverint eorum non
 videndam esse tantam rationem fieri non possunt per tot
 saecula pari magis passu incedant. male sibi consulere
 qui quam optime sperent principes. vix repositos esse
 qui omnibus absoluti fuerint numeris neq; omnium aduersis
 a principe satisfieri posse si tertio et quarto loco con-
 sistant principes si se intra modicam virtutem contineant
 gratia deo esse agendas. tales igitur cum sint Austriaci
 idq; ratio sit perspectum quid autem de alijs sit operanda
 non est atq; cognitum. certe meliores Austriaci futuros
 sperari nequeat. futurus utiq; futurus et consultus fuerit
 non accedere ad Austriacum quam alio electo cuius
 ingenium nondum satis sit perspectum obicere manifesto
 periculo imperii salutem. Neq; omnino a veritate
 abluunt qui Domum Austriacam Germanicam esse aiunt
 propugnaculum contra Turicam. fides Turica ditioris
 vix moderam miliaribus affuat Vienna Buda Strigonium
 a hinc mirabilissima loca a Turicis magis presidis insep-
 ti in vris pensis firibus sunt. Sed a multis etiam partibus

Familiaris
 ad curiam
 ad domum
 hinc propugnaculum
 hinc moderam
 hinc miliaribus
 hinc affuat
 hinc Vienna
 hinc Buda
 hinc Strigonium
 hinc a hinc
 hinc mirabilissima
 hinc loca a
 hinc Turicis
 hinc magis
 hinc presidis
 hinc insep-
 ti in vris
 hinc pensis
 hinc firibus
 hinc sunt.

patet aditus Turca in interiora Germaniarum quam Austria
ca provincia seu fides aliquo obiecto a feris illis insultibus
hactenus tutam praestiterunt. Quod si aliquis accusa
tius rimari voluerit statimendum fuerit, ut ab ipsa divina
providentia naviter omnia disponente profectum esse
quod tot provincia Turcarum plerumq; furori exposita
paucis ante quam eorum vires in illis oris commiserent
in usum suam familiaris Austriacae converterentur ut ea
tot vitioribus quae conflata in unum divisis ante viribus
eo facilius Christiani nominis hosti resistere possent. Quasi
vero unquamq; illarum provinciarum ingruente saevulo
Turcarum potentia sum subiret Dominum vero non
videt quanto periculo non illa tantum provincia sed tota
etiam Germania in tot principatus et in tot varias
opinionas divisa exposita fuerit. Quare eo moderatim
ferri debet ac potest quod Domus Austriaca tot pro
vincias possidet neq; facile suspitionibus indulgeri
debet seu Austriaci in omnes Germaniam afferent quae
a Divina providentia eam tutamini Germania contra
Turcam constitutam. Hec videamus quodsi autem
Imperij dignitas ab Austriaca familia Heitorum suscep
tio in Danarum aut Galliae regem translata fuerit
non tantum imbecillior sit Domus Austriaca ad resiste
ndum Turcarum armis propter vastitatem subditorum qua
ex Germania Caesar Austriacum vel sola novimus Caesari
dignitate preterire poterat et propter bellum abrox
vide scinturum indubitabile sed etiam periculum est re
Austriaci percipi vindicta studio Turcam ipsam ex tota
maligiae

meliore aliorum amulationi primum in pedes sum et in auxi-
 tram nocent eiusq; exercitum Germania immittunt. Verit id,
 quidem Domini Austriaca maxime exitio sed quum animus
 inimicitia facis est non alterit quid tibi salutare sit, dum depre-
 faciat hostibus qui dum inimici sui male vit et eadem cog-
 simul pernicie involunt delectat etiam pergere. Prodi-
 nullum aliud imminet periculum quam quod Turca dum
 ut hoc bello conflictatur Germania eam facile et magno
 suo enolumento invadere possit dignum id tamen confide-
 ratione fuerit rex enim censendum est si eo res ditionis
 ingruente Turca recidituro in gratiam qui inter se nisi
 debant bellum erim ad fuerit disturbatum quod uno atq;
 altera anno confici sequat. Et adeo atrox ut non nisi cum
 alterutry partis exitio finire possit. Christianarum igitur
 potius fuerit Turcam alterutri parti, qua suum bil
 auxilio iterum quam ut cerseamus eos conciliatum inter
 se in 2o et potentiori hoste interveniente. Hoc vero
 periculum quot utiq; non est e minis suadet eligendum
 potius Austriacum quam quocumq; alium rex enim
 ideo si Rex Gallia aut Danarus negligantur bellum a Turca
 imminet aut periculum ultum. Non postrema quoq;
 ratio fuerit qua movere possit Electores ne Austriacum
 eligant quod Domus Austriaca potentia libero Imperio
 sit formidanda, non tantum propter amplissimas quas
 possidet provincias in Germania, atq; Hungaria Bohem-
 miasq; regna, tum etiam propter gratissimam coniunctionem
 familia Austriaca in Hispania, et Germania et neutra

auxilia sed etiam quod fieri possit ut Leopoldus Rex Hungaria
ducta in uxorem. Infante Hispaniarum tot regna cum Romano
Imperio coniungat, et quod per varias artes tentaverit sed
gatus hic Leopoldus tandem perficiat, atq; Imperium sibi Hære-
ditarium et Germaniam Hereditariam faciat. Sed quanquam
formido illa non omnino vana esse videtur neq; de eo delibe-
randum nunc diu est an Leopoldus si electus in Regem Romanorum
oblata sibi videat occasionem subiiciendi sibi Germaniam omnem id
facturus sit: cupiditas enim acquirendorum regnorum et provin-
ciarum legem non habet et ita est comparata ut speciosij rationibus
ab honesta etiam et publica tranquillitate petiti facile exor-
sari possit. Sed an id facere possit? nam vel dabitur Infans Hispa-
niarum extero cuiquam principi in uxorem et ita Regna His-
paniarum annexij provincijs omnino separabuntur a Domo
Austriaca et tunc cessandum est arcem illam coniunctionem
qua semper fuit inter utraq; familiam etiam in posterum perse-
cuturam. Idem quoq; futurum est si forte Philippo qto adhuc
nascetur filius tot regnorum hares, aut deniq; ducet eam in ma-
trimonium Leopoldus, et omnium illorum regnorum hereditatem
adibit. si primum contingat tantum abest ut sit futura aliqua
inter Domum Austriacam et Hispaniarum Reges coniunctio in
potius aeterna sit futura inter eos aeterna inimicitia operam
omnem daturi sint. Hispani Domum Austriacam quocunq; modo
opprimat, et unumq; ei concitabunt hostes ne ui armata Jus, quod
sibi per pacta in omnia Hispaniarum Regna, comoc sit, quodq;
habet specialem in quardam Hispanos subditas provincias det
offerri. Et igitur casu non tantum propter separationem sub-
ditorum Hispaniarum sed etiam propter perpetuas illas cum
Hispanis inimicitias Domus Austriaca longe erit imbecillior.

Confide

Considerandum ergo nunc fuerit an suspecta adhuc esse debeat
 Germania potentia Austriaca ab omni Hispaniarum provincia
 rum commercio seiuncta ut uero magna adhuri illa est et metuen
 da quidem quia uisita non tamen sit et unum sit inter se Imperium
 Deinde semper habebunt Austriaci quod sibi timeant ab Hungaria
 tum propter turbarum inuasionem tum etiam et imprimis prop
 ter gentes in uallis rectis diuisas atq; Germanis inimicissimam con
 stantiam et rapacitatem, inuicissimam quoq; principum Transylua
 nia cuius omnino interest ut semper habeat in Hungaria ex
 ploratores et procerum quorundam sibi adiutorum ut possit sibi
 subicere Germaniam. Habendum enim est pro certo, in Austria
 cum data opera et vi armata non esse tentatam, neq; ten
 tare posse ne suasmet ipsas provincias uoluit contingere in pe
 riculum, Res alia autem fuerit si commota in Germania bello
 sine intestino sine externa fortuna in arma Caesaris causa
 occasione et fortunam dum bello haerent impliciti status
 in rem suam uertere uelint. Sed eiusmodi usus non possunt
 semper prauideri in rebus humanis, et in ciuitatibus multa
 cum ex re nata consilium est capiendum quicumq; enim
 Caesi fuerit, quam cum et proprijs uiribus satij et aliorum et
 publicis ex Imperio quomodocumq; etiam illa constituantur sufful
 tum esse oporteat, si ~~saluata~~ fuerint eius arma si gratia
 ualent, et autoritate in Imperio, cauendum est ne sibi
 suisq; posteris conetur maiorem potestatem quam acce
 perat. Cuiusmodi quoq; eos qui in initio non fuerint admodum poten
 tes quosq; nemo contingere poterat tale quid esse ausuros alij
 longe facillius emerisere, ita enim comparata sunt hominum
 ingenia ut quae minima ipsi uidentur eo uisus appellat
 Aristoteles ea negligant prope modum, neq; admodum ad illa animum
 ad.

adijciant, maxima autem et potentiorum actiones singulas
magno studio obsequent, et tum ubi quid ipsi adversum
notaverint, eorum commune incendium restringendum con-
currant maxime igitur motus mutationes rerum publicarum
eversiones regnum et summa Imperia ex neglectu prope-
modum in istis emerferunt. fortassis etiam si hanc rationem
quis diligentius velit attendere possit sibi Domus Austriaca
ab Hispania separata, maiorem in Imperio parare authorita-
tem cum neque externi, et vicini principes eius videantur con-
silia omnia tanto studio observaturi, neque status Imperij
sane finitimas de ea opiniones, atque nunc concepturi, quod cum
ita sit paratus est gradus aliquis ad afferendam sibi imperium
potentiam. Quodsi autem, ut nonnulli persuasum faciendum
esse Austriacorum provincia eliminata prorsus extinctaque
illa familia revigesceret in Imperij patrimonio, et ad eos
electi Caesaris privatum accederet, tum is, si et bellator esset,
et propitia aliquando in bello vteretur fortuna, nonne
idem, et minus etiam Germania ab illo impenderet periculum
quorumque igitur se vertat disquisitio nostra, semper fere im-
pendebit Germania periculum illud a Caesare, quicumque ille
tandem futurus est, quale timeri potest ab Austriaco
ad Imperium euecto quidem, sed ab Hispanico consortio
omnino excluso, cum autem praeter vim armatam etiam
artificia quadam supersint ut aiunt, quibus occulte ne-
mine id animadvertente opprimi possit, principum
Imperij libertas, et parari paulatim Imperium pos-
tendi tamen potest, ea vel non esse tanti momenti,
vel iam ipsa esse prouisum, aut denique alijs etiam
Caesaribus fore communia. Eiusmodi est, quod cum
pauci sunt Status, quibus non cum vno alteroque his
aliqua sit, magni nominis, lites autem plerumque illa
ventilent

ventilentur in Dicasterio Stabulo, possit Caesar non admodum
 difficulter huic vel illi aut agere facere, aut, favere, et tum
 illum eeri id iure fiat, prius bonis quibusdam, obnoxium
 sibi reddere alterum, quo ipso sensim sibi acquirat gra-
 tiam magnam, et existimationem. Multa semper fuerunt
 ea de re querela, illorum, quibus molestum erat reddere,
 qua iniuste possidebant, interdum etiam eorum, quorum
 causa quidem aequa erat, sed qui sibi timebant ne Caesa-
 ris ad conciliandum sibi animum eorum, quibus cum ipsis
 res erat, favori aliquid, et tempori darent. Sed haec
 consideratio premit etiam alios Caesares, nisi omnis iudi-
 candi potestas ipsis eripiatur, et in Ordines transferatur.
 Id quod foret maligna rerum novatio. Quasi etiam
 saepe sunt Ordines iteratis, et ad Romam tantum Stu-
 briae, incrementum spectantibus collectis, et exactio-
 nibus exhaurire subditos Statuum Imperij, ut sibi met-
 ipsis, si quando opus sit prospicere nequeant. Sed
 huic querela iam obviam ibum est, dum constitutum
 esse volunt, quoad collectas, suffragiorum numero ma-
 iori nihil posse effici. Quare collectarum omnium
 exactio nunc est in suspensio. De hisce duobus articu-
 lis magna saepe fuerunt agitata quaerimonia, eeri
 ista ratione, Austriaci exhaurire Germaniam, et pau-
 latim ad Dominatum sibi viam parare voluissent,
 occultiores adhuc sunt illa artes, quibus nonnulli Stu-
 briosos ipsos esse volunt, et quibus adhuc uti possint,
 dum Comitatus aut differuntur aut coacta ita dispo-
 nuntur, ut nihil in eis, quod ad rei summam spectat
 constituatur, dum sub obtentu belli contra Turciam et
 Foederum cum Principibus Germania initorum impercep-
 tibiliter summa Autoritas ad eos desinat, dum de-
 nique sub specie feudorum vocantur, et sequestrationes
 Principatum atque Comitatum, de quibus inter partes
 lis est, augetur patrimonium. Haec enim omnia eius
 modi sunt, ut is, qui unquam alius futurus est Caesar

uti possit, et ideo non minus opera danda sibi, ne ab istius
modi artificijs, detrimentum aliquod patiatur Respublica
quin etiam adeo nunc sunt producta in lucem eiusmodi
artes, ut illa maxime in eo, qui iam suspectus est, haud
difficiliter animadvertantur, atque animaduersa reddantur
irritae. Ab Austria igitur spectatis ijs tantum
Provincijs, quas in Germania possidet, neque propter vim
armatam, neque propter occultas artes, esset timendum
Saluti Imperij, sed eo casu, si is forte eueniat non posse
quenuquam opportuniorē dari Imperio Casarem, quam
sit Austriacus, qui et paupertatem Imperij sustentare
et Catholicos contra Protestantes, taceri, et confusionem
Ordinum temperare possit. At vero cum longē esse
videatur probabilius, quod Hispani non sint recepturi
a Domo Austriae, atque res eorum id posse
tate videantur, nisi sibi plures adhuc hostes con-
curre et spem omnem de magno Imperio contribu-
do ex animo deponere voluerint considerandum est,
qua tum ratio sit futura Domus Austriae. Quia
si igitur nullus fuerit natus Filius Regi Hispaniarum,
et tamen Hispani consueverint collocandum
esse Infantem in matrimonium cuiusdam ex Domo
Austriae, sed alij quam Leopoldo Regi Hungariae,
aut si Leopoldus Guilielmus fuerit Belgij Guber-
nator, aut Sigismundus Episcopus Augustanus ex
Tyrolensi linea; cum Leopoldo videtur fore negotium
intricatus; non tantum propter profectionem illius
aetatem, et metum sterilis coniugij, sed etiam quod
meminerint, quoties, et quam grauiter offenderint
Leopoldum in Belgio quam indignē eum habuerint
Metuendum igitur ipsis fuerit ne si Regia aliquando
potestas in Ipsum transferatur, vindictam deis sume-
ret. Penes illos Hispania Magnates rerum propemo-
dum arbitrium est rerum omnium, Rege ipso non satis

rerum

rerum suarum satagente, et penè in seruitutem redacto.
 Vbi autem sterile hoc fueris coniugium quemadmodum
 probabiliter colligi potest, iam idem, et forte grauius
 recurret periculum, etsi vero adhuc superest altera Fi-
 lia Regis Hispaniarum quae possit collocari nuptiis
 Carolo Iosepho alteri Imp. Filio, si uterq; superstes fue-
 rit, atq; ita reparari damnum quod inde metui possit
 quia tamen ius successionis ad solam primogenitam
 spectat, necesse primum fuerit, illam si sterile sit ma-
 trimonium, ne maiores inde turba oriantur, si forte
 marito mortuo aliud coniugium appeteret, renun-
 ciare iuri suo, et in sororem transferre. Nisi forte
 ideo Hispanis gratius sit futurum Leopoldi cum In-
 fante coniugium, ut si sterile sit hoc matrimonium
 quemadmodum id sibi futurum esse persuadebunt, inte-
 rea captare possint tempus, et si viderint Austria
 cum Imperium non esse ipsis fortunatum quod plurimi
 putant captum esse ab ipsis consilium sciungendi se à Do-
 mo Austriaca, et seorsim sibi Imperium constituendo
 nihilominus tandem effectui dare possint. His ita
 consideratis censendum fuerit, Sigismundum aliquan-
 do pra Leopoldo futurum Infantis Hispaniarum
 Maritum, Iuuenis enim adhuc est firmis artibus
 et valetudine bona, neq; cognitus adhuc Hispanis,
 de quo sibi polliceri possunt eum illis legibus posse
 circumferri quae ipsis placebunt, neq; fortassis, si
 Hispani aliquem ex Austriacis praeter Hungaricæ
 Regem destinauerint sua Infanti Maritum, et
 sibi Regem, quidquam magis oberit Sigismundo
 quam ambitus Patrici pro Filio suo eam dignita-
 tem quasi ex pacto postulantis, neq; etiam alias
 cum Tyrolensi illa linea satis consentientis. Quicumq;
 demum autem futurus est Rex Hispaniarum, seu Filius

adhuc nasciturus est Philippo Regi tot Regnorum Haere
sive Leopoldum, aut Sigismundum Austriacos deligent
Hispani maritum Infantis suae, censendum omnino est
eam futuram rationem coniunctionis inter utramque Do
minum Hispanicam et Austriacam, qua hucusque inter utram
obtinuit. Sub ea debituros Austriacos credi neque potest
neque debet. Notum tamen est, quando cum periculo li
bertatis Germanica illa sit coniuncta. Nemo igitur
ignorat, quo loco et libertas Germania, et res
Austriacorum aliquoties fuerint; et quod Austriaci
ad subiugandam omnem Germaniam nihil defuerit
praeter animum parem tantis negotijs, et fidos minist
ros, qui rem tanti momenti domi, forisque pari dex
teritate et prudentia administrarent. Tale igitur
quidquam, quod accidisse semel constat, quin ma
rente eodem Reip. statu iterum accedere possit
non fuerit dubitandum. Quia etiam videtur eius
modi casus nunc facilius posse evenire, quo magis
res Germanica sunt in praecipiti, et ad bella atrociora
atque intestina omnia tendunt. Quum igitur tanto
periculo exponatur Germania, si Austriacus eligatur
neque eiusmodi casus, qui Ferd. II. Imperante evenerant
cum fortuna moderamen fati Germaniae in eius manus
aliquoties consignaret, evitari posse vlla pruden
tia videantur, satir fuerit aliam eloqui a quo Resp.
possit esse securior. Sed primo quidquid superiori
membro dictum est de retinenda inter limites Au
striaca potentia id huc etiam transferri potest.
Quicumque enim priori casu eo operam suam conferunt
et quorum interest nihil accedere in Germania Au
striacis illi utique multo amplius sunt obstricti, ut
in eo laborent, si coniuncta maneat Hispanica, et
Austriaca familiarum potentia. Deinde ut eius
modi iterum opportunitas opprimendi Reip. Germani
cam sese offerat Austriacis, necesse est, ut iterum atrocior
in

in Germania intestinum bellum oritur, quod Germaniam
 omnem commoveat, et cui maxima pars Ordinum sit im-
 plicata. Eiusmodi autem bellum qui nunc sunt animorum
 motus, et uti hodie sunt res Germaniae, concitari non
 potest, quin tota protinus Europa eo convertat
 oculos, et Gallia simul atq; Suecia Reges, aut unus
 alter eorum, si alter forte alio bello occupatus fue-
 rit ei interueniant, et viribus omnibus ipsi quoq;
 bellum gerant uti igitur est praecipue belli fortuna
 qua aliquando Ferd. II. arripit, et qua Austriae
 iterum fauere potest, eadem et iam illius Exteri
 Regis partes, aliquem enim eiusmodi bello interesse
 omnino oportet ita poterit euenire, ut quod forte
 eo casu futurum Austriae creditur, de eo ipse
 secunda fortuna utendum sibi ratus, cogitationem
 suscipiat. Exemplum Nobis praebet Gustavus Adol-
 phus Sueciae Rex, tenebat omnem ferme Germaniam
 Ferd. II. Imperator, munitiora quoq; eius loca exer-
 citu suo infederat, nec quisquam propemodum erat
 Principum, quo non audiente, et si humanius tracta-
 retur, obsequente profus uti potuisset. Artes autem
 eorum qui cum amicis se eius simularent, nec quam
 conceperat iram procedere auderent, prospiciebant tamen
 quo res eorum essent redacta, contrariis artibus elude-
 re poterat. Dominus iam erat Germania, campus
 suam facere potuisset, si Dominus eius esse quam vi-
 deri maluisset, et aut occulisset consilia, atq; secreta
 habuisset aliquandiu aut propalata ambitione Mi-
 nistrorum magnis, et iustis exercitiis opportune im-
 missis vindicasset. Exercitus tunc Gustavus Adolphus
 Sueciae Rex sine gloria cupiditate, seu Religionis suae
 defendenda studio seu alio fine, diuersos enim Regi
 Iuveni, et Bellatores propositos fuisse necesse est, adest
 auxilio Protestantibus, Rugiam primo inuadit, tum Pone-
 raniam, et deinde Mecklenburgum, et Marchiam promo-
 titq;

semper castris iunctis cum suis Saxonis. Copijs fundit hostes
prope Lippiam et Victor passim totam Germaniam per-
uagatur. Hunc igitur Regem Suecia quam in manu
habebat acquisitam continuatis victorijs potestatem
iterum dimissurum fuisse, si in viuis fuisset diutius
quis credat? Maiorem ab eo impendisse Germania
seruitutem, quam à Ferd: II. quem etiam continu-
victoriae in illud rerum fastigium extulerant, ex-
dibilis est. Vti igitur idem casus qui Ferd: II. acci-
dit, etiam hodie timeri potest. euenturus esse, ita
etiam non minus illa Gustani. fortuna. omnibus
debet esse ante oculos, postquam constat non posse
nunc ut antea. in Germania quantumuis ampla,
et valida, solis illius viribus. bella geri, sed semper
fore, ut se vicini Reges Gallus, et Suecus illis im-
miscant, et. Choragi. sint huius. tragedia ex eo
igitur Austriaci Electio. estinari non potest,
neq; enim aliud inde consuetarium. elicere, quam
cauendum esse Germanis. ne se bello intestino im-
plicent, quum aut huius aut illius. praeda sint
futuri. Tertio. quam per totos annos, quibus
Hispanorum et Austriacorum res fuerunt con-
iunctae, et Excellentissimae. floruerunt, quibus
Exteri Reges non se immiscuerunt tanto studio
Imperij negotijs, aut distracti motibus intestinis,
aut propter longum locorum interuallum con-
temptui habiti, non potuerunt Austriaci tamen
exercere Dominatum in Germaniam, non fuerit
quod nunc sibi timebant. Electores postquam
afflicta adeo est fortuna. Hispaniam omnino vidi-
atur deseruisse, postquam Gallus et Suecus ita
suam fortunam cum Germania. libertate con-
iunctam esse putant, ut motus et gressus omnes
Austriacorum obseruent, et vires Hispanicas domi-
sua occupatas impediunt, quo minus illis auxilio
esse

esse possint. Neque metueendum est ne Galli, aut Suedi alii,
quando hunc animum deponant. Norunt enim quan-
tum Ipsi in eo situm sit, quare nihil aliud obfit
quam metus virium Austriacarum, non est is utiq;
tanti momenti, qui Electores deterreat ab Eli-
gendo Austriaco, et suis, et si necesse est alienis
Gallorum et Suecorum viribus tutor.

Accedit et hoc, quod illa inter Hispanicam et Aus-
triacam familiaritudo, magnam qui-
dem addit utriusq; opinionem potentia non tamen
tantam, quam reuera est propter Jurisdictionem
locorum, et tamen interea illa existimatio longe
plures ipsis excitat hostes, et eos ad omnes occa-
siones reddit attentiores. Sufficere hic possit
quod illa coniunctio iam per tot annos inter
utramq; familiam retenta fuerit, vix aliquis
accidere possit casus, qui non queat pravi-
deri, aut qui interea temporis non euenerit
in omni mutatione Reip. insperata maximè plena
esse periculi experientiam prioris temporis iam
monstrasse, quomodo evitari possit et debeat,
quidquid sit periculi si illis vestigijs insistatur
vbi faciendum omnino sit non esse, quod tam
sibi magnoperè ab Austriacis timeatur, super-
est nunc postremum membrum, quid faciendum
sit, aut verò quid existimari possit actum
iri, si Rex Hungariæ Leopoldus Infante
Hispanicam in matrimonium ducat, et ita Im-
perialem dignitatem cum Regnis Hispanicis
iterum coniungat. Primo enim indubita-
tum est si Electores Austriacum elegerint
non esse alium Electores quam Regem Hungariæ
deinde pari ferè certitudine asseri posse videat

Si Hispani Infandum Austriaco daturi sunt in matu-
monium non futurum illum esse alium quam eundem
Leopoldum; cum enim gravibus bellis implicati sint
Hispani et multum aut ad victoriam adipiscenda
aut saltem ad eos subleuandos faciant aperta
Austriacorum consilia atque ut illi et Germania
tota iisdem bellis intricentur, si Leopoldus
et Romanorum Imperator et Rex simul fue-
rit Hispania, iam habebunt rem factam
secus si alium quempiam ex Austriaca fa-
milia delegerint, poterint enim construngi
Imperator ne manifesto auxilio Hispanis
adiit, deinde constat, quanta ductus fuerit
Carolus V. Imperator potentia, quod fere Fra-
trem curasset eligi Regem Romanorum qua
solicite apud eum egerit, ut eam Signita-
tem Imperialem in Philippum Filium trans-
ferret, et cum alio quopiam Regno Neapo-
litano, et Sicilia commutaret, constat
quoque quantopere curae fuerit Philippo II.
Hispaniarum Regi providentissimo et per-
spicacissimo Regum sui saeculi, ut Germaniam
Coronam cum Hispanica iterum aliquando
coniungeret quod prudentissimi igitur illi
Reges adeo desiderarunt, quod pacta inter
utramque familiam iusta postulant, quod
Imperator Feod. III. summo studio et cona-
tu urget, id iam oblata hac tam opportu-
na occasione dimissuros ex manibus Hispanos
siquidem aliquem Austriacum volunt, qui
ipsum imperet, non est verosimile. Tertio
manet Hispanis alta mente repositum co-
siderium potiunda aliquando totius Italiae
hanc illi spem dum tota illa Machina non
dissiliat

dissiliat, non dimittent. ex aliis animo haec enim meta
 est, quo semper intenderunt arcum, quam si assequan-
 tur, censei possunt firmum sibi posuisse fundamen-
 tum ad maius Imperium constituendum. Quis autem
 ignorat, quam varias Caesarea dignitatis existi-
 matio suggerat occasiones res novas molendi
 in Italia? quum nondum Caesari nominis reue-
 rentia ex Italorum animis ceciderit Caroli
 quidem Imperatoris arma ab insignibus Impe-
 rij plurimum fuerunt adiuta neque tunc Me-
 diolanensem Ducatum tenerent Hispani nisi
 eum Carolus V. sub clipeo Caesari nominis
 acquisivisset, tam opportunam igitur occa-
 sionem neglecturos Hispanos non crediderim.
 Quarto plurimum refert à cuius partibus
 Aet Pontifex non solum propter provinciarum am-
 plitudinem, qua ei parent in Italia, et bellis vires sed
 imprimis propter viriliter instam Catholicis opinionem
 eius et causam speciosiore, et arma fortuitiora, qua
 Pontifex approbet, et quibus ipse ferat auxilium, quod si etiam
 obtineri possit, ut se altioris partis manifestum nossem decla-
 ret, et eam persequi ipsemet constituat. tum vero in alteram
 partem nulli partibus antecedit. tanta est plerorumque de
 aequitate et innocentia Pontificum Romanorum opinio, quod
 si autem Hispania Rex Imperiale fastidium sui regni impo-
 fuerit, habet in arbitrio suo Pontificem certe magis ipsum et
 Cardinales habebit ad nutum suum quam nunc habet. Caesarem
 enim nomen quod nunc Roma contemptui est erat Carolo V.
 Imperante in summa veneratione. denique hoc sunt alij fructus
 quos ex coniunctione nominis Caesari cum Regni Hispanici
 ad repellendum Gallorum impetum sine ad retinendos in officio
 Belgas

Belgas sine etiam ad tuendam commerciorum libertatem et securi-
tatem, quos sperare nequeunt si alium principem ex Austria de-
ligant ut vix videat dubitandum esse quin Hungaria Regem sibi
suscepturi si quem volent imperare Austriam. Omnium igitur
iam disquisitio in eo vertitur qua filii Hispanorum sententia, an
cesseri prudenter possit neglectores Domum Austriam nam
quod pacta illa attinet inter Philippum Regem et Ferd. II. impe-
ratorem quondam in ita de mutua successione in ditione utriusque
illius utriusque solis non retinebuntur Hispani quo minus perficiant
si secretum ipsius est praeterire Domum Austriam; alia igitur
rationes maioris momenti inquirenda sunt atque id pro certo statu-
endum, quum Infans Hispaniarum omnium illorum Regnorum et pro-
vinciarum haeres filii cui eam tradiderint in matrimonium illum
quosque Regem futurum; Is autem vel exteraneus fuerit, vel aliquis
ex proceribus Hispania. Quod exteraneus attinet non sunt alii
quibus eam colligare possint, quam Rex Galliae videlicet filius pra-
teriti regis Luitania et tertius Dux Sabaudiae. De Mediceo
enim principe magni Aethiopiae ducis filio non est forte quae-
sermo suscipiatur, et quidem quum ex Regis Galliae cura Infante
Hispaniarum matrimonio utitur summa ad Hispanos redire
possit non est dubitandum. Philippo secundo nihil ita curae
fuit quem ut Regem Galliae cum Hispania coniungeret,
quod labores et curas ei Regi impenderit, quantum auri vim
in hoc negotium profuderit omnibus notum est. Quod Mosarchi-
am quondam quandam agitant animo Hispani ad eam proveni-
endi nulla fuerit opportunior occasio. Neque enim quisquam fuit
qui ita Hispanis resisteret, et spes eorum omnes irritas fecerit,
et qui

et qui vires eorum aequè fregerit atq; Gallia Rex; quidquid in imminis
 edua Hispani potentia actum fuit id maximam partem Gallorum opte
 et consilio peractum fuit; primus Franciscus Gallia Rex Carlo 5^{to}
~~sed~~ cetera torrenti provincias omnes invadenti intrepidus obiecit et
 quaquequam parum esset fortunatus, inter diversos narrans fortu
 na casus stetit tamen ne ulterius iret. Henricus 2^{us} etiam
 fregit eius vires ad Metas ~~vires~~ atq; ut de secepi cogitaret
 non tentaturus amplius fortunam sed sibi et Deo impererum
 vacaturus admonuit per quadraginta deinde annos continuo
 quum Gally cum belly intestiny et obstinatissimij secty conflic
 taretur fuerunt eius res afflictissima neq; exiguam sumptu
 conceperant Hispani de reducenda aliquando in provin
 ciam Gallia et cum Hispania coniungenda non tamen
 interea desiterunt Galli Batavorum partes quantum
 in ipis erat favore sub Henrico 4^{to} restituit iterum
 fortuna Gallia et primo suo splendori reddita fuit iusta
 tum etiam fuere fundamenta illorum consiliorum qua de
 inde Ludovico XIII Imperante auspice Cardinale Richieu
 ad infringendam potentiam Hispanicam et contundenam eo
 rum arrogantiam felicissime successerunt et hodie nun adhuc
 pari felicitate surguntur. Ab illa igitur molestia si libera
 re se possint Hispani et veterem pen de dominatu totius
 Europe aspirantius resumere si Jansenem Ludovico
 parentiorem Batavos tum ad veteris obsequium redire
 necesse foret; Phenum antiquum Gallici Regni litem
 tum iterum haud difficulter statuerent Natio Imperium
 sibi etiam pordere possent pars maxima enim iam Lore.

in eorum potestate, neque quisquam est qui maiores Hispanorum
in Gallia Italia profectus impediens atque Gallia Rex. Iuritaria
provincia quantum illarum intra fines Hispaniae situm est,
hisce armis coniunctis non possent diu resistere. Anglicana etiam
vires ideo non Hispanis metuenda aut frangi aut intra Angliam
contineri poterant sed quantum pes ex illa coniunctione Galliae
et Hispaniae tanta resulleret utilitas, non est tamen existimanda
Hispanos unquam hoc coniugium approburos, Adm altas enim
inter utrumque gentem dicitur unum illud odium videtur recipere
radices, et nunquam Hispani passuri sint Imperium Galli cuius
piam quamquam Hispaniae matre nati. Ea quoque est ingeniorum
et totius nationis univrsitas, ut utriusque appareat quomodo
utraq; natio sub uno regimine inter se convenire possint et
quomodo ex illa diversitate orientes primum similitates, inde con-
tentiones, et iurgiorum bella intestina evitari possint. Etiam si
quidem Hispani perspiciant posse se hoc rationem Monarchiam
ideo ab ipsis, ut aiant expeditam pervenire quia tamen pars
magna et forte maxima illius glorie manens est penes Gallos:
ut solent actiones insigniores ab auctore et Capite denominari.
Tanta est Hispanarum arrogantia simul et invidia, ut vel
ideo nunquam permisiuri sint gloriam eius Imperij in quo con-
stituerunt illi per tot annos omnibus suis ingenij et Regni viribus
profundisq; Indiarum thesauris immensis frustra tamen labora-
verint, cum Gallis quos illi hostes habuerint semper inimicissimos,
communicari. De hoc igitur coniugio non est nunc amplius
cogitandum et vero videmus cum hac coniunctio ita sit con-
parata ut statum Europa univrsam immutare queat Reges
tamen

tamen principesque quorum id interest ne illa fiat, ab ea fide
 minime tunc quod haud dubie perspiciant vanum esse et
 irritum metum illum omnem, neque has duas gentes unquam in
 idem Imperium nisi alterutram victorij se arbitrio submittere
 crederent, consenturas esse. Alter est filius regis Portugaliae illius
 regni et amplissimarum provinciarum in India orientali totiusque
 Brasiliae haeres, sed adhuc admodum juvenis, et multum aevi infante
 minor, non est tamen tanta illa diversitas quin non liberos
 suscipere possit magnum quoque is fructus fuerit qui ad Hispani-
 cos ex illo coniugio redire potest. Ita enim Lusitania tota
 cum annexis ditionibus sine armis coniungatur iterum cum
 regni Hispanici, ut autem armata parum haecenus perseveravit
 Hispani non tantum propter obstinationem et fortitudinem
 gentis et quod ea omnia sunt in prospectu qua ad diuturnum belu-
 gnam faciunt sed etiam propter pacta ipsius a Gallis
 Anglis et Sclavis auxilia, si quando Hispani omni vi cum in-
 vadere velint quum illorum omnium plurimum interest, ne
 Regna Hispanica et India iterum inter se coniungantur quum
 ex India orientali amplissimi quotannis redditus ad Regem
 Lusitania deferantur et inde etiam in Occidentalem Indiam
 et Persiarum Regnum auxilia submitti possint, plurimum
 omnium interest Hispanorum ut Lusitania cum reliqua His-
 pania iterum coniungatur ne ab illa parte in ipsa Castilia
 sede Regni et a qua reliqua omnes provinciae dependant, bellum
 fieri possit, id enim conservat Hispanicum Imperium quum
 in ipsa Hispania ab intestinis motibus liberi sunt, tum propter
 gentis et soli rationem, tum propter summam diligentiam praeca-
 ventem, periturum alias si quando bellis intestinis conquisitari
 coegerit

coeperit. De summo igitur fructu quod ampliore vix sperare
possent, ex hoc matrimonio redundaturo non est dubitandum. Id
vero obest quod magnum quoque inter Castilianos et Lusitanos est
odium quod illi vix videntur esse permixturi ut ipsi Lusitanus
Imperet, quod vindicta fuit cupidissimi **itaque de Lusitanis**
in ceteris fuit sumpturi vindictam si qua vel minima re ipsi
offerat oportunitas, plurimum tamen iniuriare potest ad tollen-
dum hoc obstaculum, quod primates in Aula Regis Hispania
plerique Lusitani sunt gentes, quos Reges Hispaniarum translatos
in Castiliam bonisque ditatos amplissimis muneribus profecerant
ut ita gentem Castilianis alienam delinirent. Hi vero cum
primi fuit in Aula, per coniugia etiam cum primis Hispania
famijs fuit impliciti, poterunt fortassis removere aliud impe-
dimentum, et perficere ut Lusitanus Infanti detur maritus, quo
vero vehementer Angli persecuti fuerint Hispanos in Indis et
faciliter ad hoc matrimonium adierint animum Hispani. Lusitanus
enim dabo valet, et in mare obstinatissime pugnat, et que in
mari melior Hispano miles est divitias quoque habet ingentes,
idoneas sublevando exhausto arario Hispanorum, neque vero in sus-
tento, si fides Hispanis mora erit, praeterquam enim quod filius
tot aliorum regnum dum cernat sibi quoque Regni Lusitanici
posteriora reddidit certam, et tutam. Quod igitur Lusitanum
abstinet non omni de hoc coniugio cogitatio deponenda est ex
animo. Tertius iam succedit Sabaudia Dux qui nunc maturus
esse incipit coniugio is Sabaudiam possidet et Pedemontium
tum Montisferrati partem alteram, quam Dux Mantuanus ha-
bet, spe tenet, pactis infulis et decreto Imp. ab ea exclusus, plu-
rimum autem praestiterit Hispanis tum ad mediolanensem
Ducatum.

Ducatum ab omni periculo praestandum immineat. Tum etiam
 Italia totius Imperium aliquando obtinendum si illa provincie
 possent Hispanico Imperio adijci. Nunc autem ex ijs turri-
 num inferitur Hispanis iam iam per complures annos cum
 Rege Gallia foedere inactis, alia enim inde utilitas ad Hispaniam
 redire nequit, sed quia maior illa est, quam Hispania ex
 coniugio Infantis cum Austriaco poterit percipere, deinde
 quia Galli iam duas munitissimas arces, Pinerolun. & Turinun.
 possident, quia Sabaudia in manu est Regis Galliarum quan-
 documque voluerit neque defendi facile potest. contra Gallorum
 arma, excepto solo castro Moneliani, denique quia Dux Dux
 Sabaudia matre Gallia Regis sorore, natus, ab ea et inter
 Gallos ^{ed} catus est, atque inde affectus aliquis erga eos contraxit.
 Statuendum fuerit Hispanos animum huc spectantibus
 non et maiorem sperare poterunt fructum ab Austriaco et
 maius etiam periculum quam Mediolanensem. Ducatum et
 provincias Belgicas invadere possint atque utrobique sunt reperturi
 ab Hispanis alienos et faventiores Austriacis, atque Galli etiam
 ijs adiumento. futura videntur, ut utraq; provincia ab Imperio
 Hispanico separaretur. Hi sunt ceteri principes quibus Infans
 Hispaniarum videtur collocari posse in matrimonium: quod si
 forte amore sua gentis ducti, eam alieni procerum Hispano-
 rum collocare in Matrimonium voluerint, quod tamen prop-
 ter nullam ad eos inde redituram utilitatem, propter metum
 Domus Austriacae neglectum et contemptum quacumque ratione
 poterit vindicatura, et propter emulationes et factiones
 inde sine dubio in ipsa Hispania exorturas, dum pauci sunt

ea animi aequitate, qui ei uoluerint parere, quem plurimi
antea habuere aequalem, nulli etiam inferiore nisi armis
eo constringantur, ut utiq; fuerit Dux Medina Sidonia qui genus
suum ad antiquos Gothorum Reges refert, quos iam Caroli 5.^{ti}
tempore cum defecissent haeredes masculi, tunc sibi aliquod ad
Regnum Hispania esse contendebat, hic igitur pro omnibus
reliquis ad Regnum aspiraturus, cum proceres Hispani promptius
atq; libentius uidentur esse fauuri sed cum ex hoc potremo
gravissima factiones, et bella intestina facile nasci possint
Hispani autem nulla re sit magis cauendum quam a bellis
intestinis quum odia futura sint infernina, et gubernatores
provinciarum in partes quoq; sint discessuri neq; laborantibus
externis provinciis aut pecunia, aut milibus ex regno, populo
alias exhausto submitti possit, statuendum autem est Hispanos
operam daturus ut Imperium Hispanicum, uti nunc est, con-
seruent merito dubitandum est, an hoc consilium capturi sint
Hispani, eadem etiam ratio suadet ne censeatur eis Regnum
Hispanicum, quod hactenus fuit hereditarium more Regum Sep-
temtrionalium, et ueterum quorundam Gothorum commutatum
in Electitium, ne in posterum ita addicti regere possint, abq;
suisq; factum est ~~ut~~ ^{neq;} ut Regni honores, qua sunt ambitione
etiam alijs communicentur, hoc enim sine ingentibus turbis
fieri nequit, quibus eorum totum Imperium inter tot undiq;
hostes, facile subverti possit. Multo minus arbitrandum est
tanta arrogancia et ambitione efflagrare, ut praecipua Im-
periorum aliquando inter se Regna Hispanica sint diuisuri
quemadmodum ante centum LX. adhuc annos in tria Regna
praeter

praeter Lusitanicum diuisa erat Hispania omnis, qua nunc uni Regi parat,
 necesse enim fuerit Regiam stirpem, quae ad omnia illa Regna
 Jus successionis habet, quum duae superstites sint foeminae,
 proutus praeteriri; alias enim cui Infans nupsit, quaquam
 initio approbauerit diuisionem, deinde tamen Jus coniugis suae
 urgere non desistet. Belgica Provincia, si sterita Infante aut
 contra leges alicui in Matrimonium data, cum illi soli, non
 Hispanis obstrita sint, se putabunt esse absolutas ad obedientiam
 et uel in libertatem se uindicabunt, aut alij cuiquam se addicent
 principi, neq. Hispanicas aut Jure aut ui retinere poterunt
 in obsequio. Non Jure quod prius violarunt, neq. etiam ui,
 quae tanta non erit, ut Belgas in obsequio retinere possit in obse-
 quio, paucis illa arces quas insederunt Hispani si Belgae ipsis
 auxilio non adfuerint, capi facile possunt, idem de Mediola-
 nensi Ducatu dicere possis, hodie imprimis cum per Sabaudiam
 et Lotharingiam hostiles prouincias terrestri itinere auxilia
 nulla submitti possunt; cetera enim prouincia quas in Italia
 et Indijs tenent, aequae fuerint diuidenda. Vni certe totam
 Indiam Occidentalem non permiserint, inter ipsos quoq.
 ita constitutas leges non diu persistit concordia, demum
 cum hodie arces et fortalitia, quae passim tenent Hispani,
 ita a milite praeduario sint incepta, ut nullum inter ratio-
 nes unius regni sit discrimen, si Hispania in certa Regna
 diuidatur secundum nationes, inter praeduarios milites
 unius arcis iurgia et simultates oriri necesse est, quae in discrimen
 maximum imminentibus undiq. hostibus eas adiuuere
 possint. Ex hisce omnibus admodum probabiliter licet concludere
 re, deliberationem omnem de coniugio Infantij uersari inter

Leopoldum Hungariae Regem, et Lusitaniae Regis filium, quod magna
ab utroque ad Hispaniam possit redire utilitas, et fere aequalis,
namque uero etiam illo impendeat periculum; neque enim dubitandum
est quin Philippus IV. Rex sua Domini faveat, et si qua talia
arcana consilia agitant Hispani ea noverit, neque illa latere etiam
possunt omnino Imperatorem Ferd. cum Matrimonium illud
etiam postquam electus, et coronatus fuit Ferd. IV.
tandem tamen fuerit dilatum: Censendum igitur est
eos iam alere factiones non tantum in Provinciis Bel-
gicis, Ducatu Mediolanensi, et Regno Neapolitano, sed
etiam, et potentissimum in Ipsa Hispania, in qua uero
utique simile est, non tantum esse nunc, et futuros
complures post obitum Regis, Austriaco nomine ad-
dictos, sed etiam alios multos Lusitanis in seipso, et
illius Imperii impatientes; Hi igitur unam, et eandem
factionem constituent, et nomine Austriacae Domus
reddent illud matrimonium admodum difficile. Evitari
quidem posset hoc periculum, si Hispani, ut sunt
mille artifices, et callidissimi, atque Domini Regis sui,
quem nunc in servitute honesta tenent, persuadere pos-
sint Regi suo, ut ipso adhuc vivo Lusitano filia
eius nuptui datur. Sed id profus a ratione fuerit
alienum, quam et familiam propriam erga quam
semper maior solet esse affectus, non ita videatur
neglecturus, neque hosti suo insensissimo, quem toties
criminis laesa Maiestatis reum declaravit, daturus
filiam, neque Regnum ipsum, dum adhuc in vivis est
videatur tam neglectum esse periclitaturus, quare
rectius omnino creditur Infantem Hispaniarum
tandem Leopoldo in Matrimonium collocatum
iri, idque differri, siue ne de Corona Imperii Romani
in ipsum transferenda negotiatio omnis aut irrita
aut

40

aut saltem longè reddatur intricatio, et difficultior,
sive quod in diuturna illa dilatione Proceres quidam
qui maximâ autoritate pollent in Hispania, tempus
captant, ne hoc invito matrimonio, et aucti hac poten-
tia, et hostes suos reddant efferatioris, et dubia fi-
dei amicos à se auertant. Tueri etiam potest, ut
in promptu sint causa alia, qua suadeant procrasti-
nandum quidem, non tamen omnino esse negligen-
dum hoc matrimonium. Quoniam igitur ita
quidem dubium est cui tandem nuptura sit
Infans Hispaniarum, ut tamen videatur verò
simile eam tandem Leopoldo datam iri uxorem
et verò si is aliquando electus fuerit Rex Ro-
manorum, Electores plurimum de eo solliciti
erunt, an et quomodo coniunctio Domus Au-
striacæ et Hispanicæ sub vnius auspicijs, iuribus
libertati Imperij cæneri possit, proximum nupè
est, ut disquiramus an libertas, et Status Im-
perij eo casu conservari possit, aut verò an
illa in magnum aliquod periculum congeratur?
nam si non admodum difficulter præsens Status
potest conservari, eligi etiam potest, et primo
fortè foret præ reliquis. Quod si autem peri-
culum magnum ab illa Electione libertati Im-
perij impendet, non satis fuerit consultata, sed
autem de libertate Imperij totius, non huius
aut illius Status et Ordinis. Nam quid Elec-
torum in particulari interfit, deinde inquire-
tur. Vti enim ad conservandam integram corporis
constitutionem vnius vel alterius membri iactura
facile ferri potest, ita etiam in Imperio aliquo
ad illius Status conservandum, similiter ad huius
vel illius membri conservationem cum periculo

totius non est respiciendum. Videtur igitur omni-
no, quod coniunctio Prouinciarum Austriacarum
et Regnorum Hispanicorum, sub Imperatore Leo-
poldo libertati Imperij ita manifesto obesse ne-
queat. Neque enim, si quod est Regi Hispania belli-
cum Gallis, Anglis, alijsq; eo etiam Germaniam im-
plicari recepit est. Bellum enim ab Imp. aliter in-
dici nequit nisi minimum Electores consentiant.
In ipsa etiam Prouincijs Belgicis bellum à Gal-
lis contra Hispanos geritur, solo Burgundie Comi-
tatu per pacta hactenus excepto. Deinde nihil
hic forte rectius fieri potest, quam si animus
reueluatur, quo loco fuerint Germania
et Regna Hispania, quum illis omnibus Carolo
V. Cæsar imperet, atq; inter illius aetatis his-
toriam, et eam qua Leopoldo Imperante est re-
ditura, Sacratissimi Imperij institutum com-
paratio. Vbi enim constitit Hispanos Carolo
Imperante, longè fuisse potentiores, et Regem
habuisse prudentem, bellicosum, atq; fortunatum
et tamen etiam tum conseruatam fuisse Imper-
ij libertatem, tantominus nunc de ea fue-
rit desperandum. Primo enim Belgica omnes
Prouinciae quotquot erant, Principem agnosce-
bant Carolum, nulla erat qua non promptè
eius Imperio subderet. Magnum autem illis
pondus afferre poterant ad opprimendam
Germaniam: Nunc pars melior earum se in li-
bertatem aseruit, altera qua reliqua est,
ita est afflictata, ut ab ea non sit timendum.
In Italia easdem possidebat Prouincias, quas
Hispanus nunc obtinet in Hispania, et si non
habebat Lusitaniam, utebatur tamen Rege,
illo

illa amicus, quem nunc hostem habet, et talem hostem
 ut reconciliationi vix ullus locus esse reliquus vide-
 atur. In Africa vero Regnum Tunetanum, multarum
 alias Africae oras Mauris eripuerat, Principes
 Italos, et ipsum Pontificem habebat obsequentes.
 India quoque Occidentalis iam tum mittebat
 quot annis ingentes thesauros, iam propitia
 semper ei erat fortuna quocumque verteret
 arma, victor erat, ut maximum etiam Regem
 Franciscum I. captivum duceret in Hispaniam.
 Denique quantopere belli, pacisque artibus incla-
 ruerit, quam bonus fuerit Imperator, et
 miles intrepidus, in vulgus notum est. Ger-
 mania autem divisa erat in factiones, et
 vix paululum instituta a Maximiliano Impe-
 ratore circulis valuerat: vulgus nova Lutheri
 doctrina excitatum passim in armis erat: sinita-
 ter omnes seditione inuaserat, et plerisque cum
 Religione mutabant seip. formam, multi
 Principes studio nova Religionis excitati
 res novas spectabant, aliorum veteris Religio-
 nis retinenda studium habebat sollicitos.
 Haec dum erant facies Germania opportunissi-
 ma ad evertendam Remp. ut mirari prope
 modum liceat, quod Carolus V. tanta pen-
 dentia et autocitate Princeps eam sibi non
 plane subiecerit. Interea tamen quanquam
 illa omnia Electoribus erant ante oculos
 qui tam maturna prudentia Principes colle-
 gium Electorale constituebant, quanquam ne-
 sumptibus parebas, neque opere Franciscus I.
 Galliarum Rex, ut a proposito auerteret

Electores; eligunt Illi tamen Carolum V. et quoniam
turbulenta illa tempora in Germania succedere
darent, non potuit sibi tamen parare Ger-
mania Imperium, quod tamen in votis fuisse Ca-
rolo V. plerique opinantur. Accedit et hoc quod
nemo dum esset exterorum Principum, qui se rebus
Germanicis immisceret, praeter vicum Franciscum
Germanis tamen non satis acceptum. Dania et Suecia Reges
nullo tunc erant loco, quibus satis erat negotiis ut cum uni-
versis Libere transigerent. nunc autem aliter se res habent
longe nunc fuerit difficiliter Leopoldo Austriae Hispaniam
cum Imperio coniungat, ut eversat Germanicam Rem-
publicam, statim enim pro ea conservanda conservanda est.
Gallia et Suecia Reges non studio libertatis Ordinum Imperii
sed metu, ne illa oppressa manus ipsi immineret periculum
Angli quoque et principes Italia metu crescentis potentiae
Hispanorum infesto semper erant adversus eos animo, praeter
etiam ipsi principes et Ordines Imperii, arcuorum quibus
aut conservantur aut eversitur Respublicae, sunt intel-
gentiores, et in omnes orationes magis sunt intenti.
Quaquam igitur ex illa Electione continuum inter Gallos
et Hispanos bellum oriturum esse prospiciatur, quam-
vis tamen Germania nihilominus quiescere liceat, neque se
illis bellis immiscere necesse sit: quemadmodum etiam Carolus
quinto Germania nisi postremis annis quoniam ipsi Germani
principes cum Rege Galliae foedus contra Carolum V. pe-
cepisset, sors fuit a bellis qua inter Gallos et Hispanos gererentur.
non ob futura illi bella libertati patriae sed potius ex
ipsis hunc ad eam rediturum fructum, quod eo minus timerendum sit.

illi quo magis eiusmodi bellis mutuis Hispanorum Gallorumque
 vires exhauriuntur et alterantur. Experientiam testari Gallos
 pares esse non sustinendis tantum viribus Hispanorum sed ijs
 etiam depellendis atque labefactandis interea Germaniam esse posse
 quietam et sibi consulere dum principibus videatur Hispanos ijs esse
 superiores adeoque ipsi quoque ab illis esse metuendum: Tum vero quae
 gaudent libertate principes Imperij inuari ab ijs posse Gallos utque
 ista rationem aliquam foederis iniri ut ipsi quoque applicuerint
 aequilibrium sentent inter duos illos Reges. Tamam Hispania po-
 tentia maiorem esse re ipsa proditas artes omnes quibus hactenus
 summo artificio et dissimulatione usi fuerint alienatos ab ijs esse
 omnium animos adeoque non esse vincendum ut eos ad se alliceant
 non esse considerandum quid simpliciter expediat quidque optimum
 factum sit sed quod hoc vel illo tempore utile sit et quid minus
 sit periculum. Constare iam ex tot annorum experientia cum
 Domus Austriaca obtinuit Imperium et Hispanias atque cum
 Regna illa omnia uni paruerunt quomodo christi possit si quid
 contra libertatem Imperij machinentur illa iam omnia esse plura
 Reges eos salua iri qui vestigia illa institerint quin Hispanicam
 et Austriacam potentiam intra limites coercerent ut ab ea tutam
 esse possit Germania et praesens qui nunc est status conservari
 quod si autem non eligatur Austriacus et pergat illa familia uti
 coepit pati tantam detrimentum quum quod illi decessit accedat
 alijs non ita expediatum deinceps fore quomodo eorum cupiditas
 repressari possit neque enim posse opprimi Domum Austriacam
 quin quantum ea decreverit in Germania praesertim tantum
 Gallus cupidine Imperij nostri et Suecus Bohemia inhians
 quartus protestantium futurus Elector evectur illos autem

magis esse metuendos principibus Germanis quam Austriacis
principes, quod uterque multo fortius sua potentia incubiturus sit
Germania Suecos maxime inualitura esse. Bellum illi nunc esse
cum Polonia ut in eo succumbant fieri ~~non~~ posse, quo nunc sunt
loco Poloniae, adeoque impetraturas facile non tantum ut Suecia
Regno Rex Casimirus, et tota fiontia renuntiet, Republica Polona
Sed etiam partem aliquam ditionis in magna Polonia atque Prussia
vicinam Silesia. Praeterito igitur Austriaco quum eo non profecto
acquiesciturum esse verosimile sit, inuasurus cum Suecia et vestitus
iam sacro Caesarum nomine atque accedente multorum subditorum in
Silesia Bohemia et Austria ob religionis consuetudinem, et aliena-
nem ab Austriacis erga Suecia Regem propensione non ita difficiliter
oppressuros, id quoque inde orturum, ut Suecia Rex Protestan-
tium, Gallus Catholicorum in Germania Chenselam suscipiant
illamque sub specioso illo patrocinij, et protectionis nomine, usque
iam olim artibus, sensim opprimat. Caesarem vero nullo futurum
loco, nisi quantum ei auctoritatis Gallia aut Suecia Regis, quo-
cumque tandem se applicuerit, sint collaturi, eiusmodi fata nanque
Germaniam si Austriacis praetereatur, periculum, quidem ei lo-
que magis impendere ab Austriacis prohibitione, quam ab eius electio-
ne. Quae illam urgeant Gallos, et Suecos maximos esse Imperij hostes,
quod cum nequeant enervare, persistente Domo Austriaca et ma-
re, penes eam summa in Imperij dignitate, spes eo suas exilio Aus-
triacorum inadificare, et ordines Imperij sibi suamque libertati con-
versis sibi sint plerisque inbetillitatis, vendicari, ut ab Austriacis
absolutos sibi, relictos sua sensim ditioni et Imperio subijciant.
Considerandum quoque esse, cum sine de conservando Imperij statu
sine de eligendo Imperatore deliberatio suscipitur plurimum
peccari

peccati in eo quod Germania ab illo consideretur atque est, uelle quidem
 omnes ut sit aliquis in Germania Imperator, cum uideant corpus illud
 Reipublica Germanica seculum insolutum iri si nullus sit qui ei
 praesit qui contineat si non auctoritate sufficienti, non itaque saltem
 ueteri splendore et dignitate perspiciantque semetipsum non saltem
 fore tutos a periculo nomine extraneo siue ab externis siue a propriis
 Subditis quos requirent compescere, si quando arma contra principes
 suos capiunt, interea tamen plerumque ita animatos esse, et cuiusmodi
 negotiis implicatos ut illis expediat, nullum esse Imperatorem cum
 non possint habere talem qualem uolunt sibi obsequentem et paratum
 conuenire ad omnia, uelint illi esse quidem Imperatorem sed auctoritate
 omnino destitutum nisi cum ea opus habent ad suum commodum pro-
 mouendum qui eo sunt animo uti sunt multi, illi non possunt non uale-
 nte Austriae atque optare ne ex familia illa eligatur Imperator
 praeterquam enim quod potentiores sunt Austriaci, quam ut papari
 sint, ita se coerceri intra tam arctos limites, seentur etiam ui-
 dentur horum praedecessorum uestigia, quod si ex alia familia
 quisquam eligatur cum distinctius posse constringi arbitrantur, hi
 igitur multa quidem de uoluntate Austriacorum potentia in
 uulgus spargunt, et ideo eorum quorundam eligi uolunt, non quod
 statim Germania metuant, quam illi usque deo habent, sed quod legum
 publicarum uim et equitatem oderint neque se quo minus faciant
 quod libet illis constringi pati uelint. Omnes quidem praeseferunt
 praecipuam salutis publicae curam sibi cordi esse, neque dubium fore
 sapienter est quia omnes quoque hac salutis publicae cura officiant, si tamen
 peritibus illas arcanae consultationes quibus intraspicerit, perspiciet
 illamque salutis publicae curam sibi cordi esse, neque dubium fortissimum
 est, quia omnes quoque hac salutis publicae cura officiant, et a parti-
 cularibus quibusdam rationibus a proprio, ut loquuntur, interesse
 si tamen peritibus illas arcanae consultationes intraspicerit, perspiciet
 illam salutis publicae curam

deducti esse inuoluntam ut status illa publica longe ipsi alia ap-
pareat. Atque reuera est quisq; enim eam non ex ueris principijs sed ex
consideratione sui. Status uetitus pauci enim sunt inter Status quibus
non cum alio aliquo his est cui non ueteres intercedunt similitate, atq;
contentiones cum alijs alijs forte sunt qui hoc uel aliter aut in qua
ipsi Jus aliquod esse opinantur appetunt alij qui timent ne auillant
iterum qua alijs crepta ipsiq; adindicata possident, prout igitur hi affe-
ri dominantur, ita quisq; optat sup: suis ^{torum} Status alijs desiderijs ⁱⁿueniunt.
Inter ea id statuendum est pro certo necessarium esse in Germania sup:
qui ad minimum presentem statum conseruare possit quia uix spes sit Euro-
peis ita posse, facilius melius. Potens igitur sit, necesse est alij enim
cum tam uaria inter Status pretensiones uersentur ingentes orientis motus
et quisq; sibi mel ipsi Jus dicere uolet, quod peres illum erit qui potior
futurus est, sine suis sine alienis uiribus subicijs fieri utiq; aliter
non potest pro eo Germania statu qui nunc est, quia ceteri Reges et
principes statim his turbis immiscantur, maiori haud dubio cum Imperij
damno quam quod hactenus sensit, deinde cum potissimum cogitandum
sit de presenti Germania statu conseruando, consequens est ut eligat
iberum Austriacum, quod si enim non fuerit electus Leopoldus Hungaricus
rex praesens status retineri non potest. Optimus uero est is status qui
nunc praesens est, quia meliorem operare nondum licet, de optime igitur
Imperij statu conseruando agitur. Eum mutatum in in peius ua-
rijs rationibus probari potest, ubi enim Austriacis electis fuerit
manebunt interesse omnium Imperij ordinum in eo statu in quo
nunc sunt adeoq; omnia rectius dirigi possunt propter longam
obseruationem respectum, quos habent Status inter se, et cum
Caesare, quoniam etiam uni aut alteri iniuria quae piam fit facta, de
qua iure meritoq; conueniri possit praestat tamen manere omnia in eo
statu quam mota illa (amarina) uniuersam rem publicam periculo ex-
ponere.

exponere, quapropter haud difficile est conijcere, quantum ad
 tranquillitatem Imperij conservandam faciat ut Austriacum iterum
 Imperator detur Germania. quod si enim alium quempiam acceperit
 Germania Imperatorem sine is Danarus est futurus, sine Gallus, illa
 omnia mutari necesse est, et quisque in spes novas erigetur, tum etiam
 proceres qui nunc in Camera atque Consilio Austro agitatur, alium
 sortientur effectum quam alias viri necesse sit respectum statum
 inter se, tum etiam erga Caesarem. Ex hisle novis simultatibus et agi-
 tationibus animorum intestini nascuntur motus, quos facile est in
 aperta bella erumpere: hoc praecaveri, et multo rerum novarum
 cupidis spes illa praevindicare potest si Imperium adhuc maneat pe-
 nes Austriacum quem necesse est eadem ira via qua eius Antea
 ceptores usi sunt, qua quomodocumque sit comparata, facit tamen ad
 praesentem statum conservandum, quem mutatum iri, si ab Austriaca
 familia ad Danarum aut Gallum devolvatur Imperium, quia
 dubium esse potest. Dictum autem est securam hanc mutatio-
 nem quoad status quos attinet, longe autem maius est periculum
 ab ipsa Domo Austriaca quam acquieturam esse nemo credit
 Quam ergo assequitur sit bellum atrox, et Austriaci pugnaturi
 sint non tam pro honore, et gloria sua familia quam pro eius
 salute, atque incolumitate cogitandum fuerit quod autem. Utum
 bellum futurum sit atrocius atque a quo minus Germania impendat
 periculum, illudne quod Austriaci gerent, an vero quod Gallus
 fortassis atque Suecus incipient. si Electores elegerint Hungaria Re-
 gem quoniam utrumque minari aiant nelle se quocumque modo Electio
